

Ein unerbittlicher Gläubiger – Lektion 13

Lūcius: (*intrat*) Camilla! Bovem vendere debemus - bovem vendere cōgimur.

Camilla: Esne vesānus? Quo modō agrum aremus?

Lūcius: Nesciō - sed pecūniam Aulō reddi necesse est. Ira Auli terreor.

Camilla: Aulus patricius in urbe habitat. Numquam ipse sedem nostram petivit. Nōs ei cūrae nōn sumus.

Lūcius: Patricū avāri stint.

Cūncti agri huius ipsius regiōnis a patricils emuntur, agricolae ab ūs parvō pretiō agrōs suōs vendere cōguntur. Patricil nōs perdunt!

Camilla: Nōn solum patricū ipsi, sed etiam bellum nōs perdit.

Istud bellum causa miseriae nostrae est. Nōnne beāti fuerāmus?

Sed subitō bellum fuit. Cōsules dyes in arma coegerunt. Tū miles

eras, a me agri colebantur, ā me liberi educābantur, ā me sitis et

fames eōrum pōtiōne et cibō depellebātur. In dies metū māiōre

vexābar. Tamen me res nostrās sine auxiliō tuō servāre posse

putābam. At tempestās cūncta delevit. *(flet)*

Lūcius: Quamquam vita mea crūdelitāte hostium māgnō in periculō fuerat, quamquam istud bellum nōn equites, sed nōs pedites feliciter finiverāmus, patria, quam nōs ipsi servāverāmus, nōs nōn bene accepit. Glōria nōn māgnō cōnstat. Frūmentum, nōn glōria nōbis deest.

Camilla: Et nunc ...

Subitō ōstium aperitur. Camilla find cum Lūciō clāmat:

Mārce! Ab Aulō mitteris!

Mārcus: Habetisne pecūniam ab Aulō mūtuam datam?

Lūcius: Hanc pecūniam hodie tibi dare possumus, alteram ...

Mārcus: Ab Aulō iterum iterumque adiuvābāmini. Num nunc solum partem pecūnia ei datis? Aulus crās te, Lūci, in iūs dūcet. Abit.

Lūcius domō exit.

Camilla: *(vocat)* Num nunc bovem vendis?

Lūcius: Ad pattern tuum eō. A quō me nōn diligi sciō.

Miseriā ipsā et crūdelitāte Auli cōgimur: Auxilium ā patre tuō petam.

Fortasse tuae salūtis causā nōs adiuvābit.